

1496. & 25. Mar.

Ex ms. Arch. Metricus Rini.

623.

Responsio Ducis Mediolanens Legatis
Gallia Regis data.

136

Nihil unquam audivimus libentius,
nihil voluptosius potuit evenire, aut iucun-
dus, quam quod regia litterarum tantam in nos de-
posuit spei et fidei faciem: si quidquam in
terris fidei est. ne Serenitatem suam con-
cepta de nobis fallat opinio, pulchrumque
videbitur exsuperare magnitudine operum
suam et sponte gliscentem opinionem, poste-
risque haec res erit monimento, liberaliter
credite fideliterque invento fidei, legiones
quamprimum transeundas censemus, quas
tanto esse eminentia tantoque virtutis,
regi gratulamur et letamur nobis. Negoci-
um enim, etiam Regis sed sit proprium, non
tamen minus ob singularem observationem in-
clinationemque non vulgare nostrum iudicium,
vellemusque fausto fine transigi, quod maxime
celeritate posse fieri, arbitramur in ambiguis.
Nam quaeque fortissima conicia tutissima
esse conveserunt, ad hoc major ignotari
rerum terror, major insuper animus inferent
quam propulsantis memoriam, praeterea fama
multor

multos saepe bellorū consuevit esse gubernatrix.
Sicut et in hac non diffidimus posse evenire,
priusquam hostilis militum nostrorum exer-
citus amplitudinem resiverit, fama omnia
adaugebit, gemina ex singulis faciens, prius
se sentiet vicisse, quā applicuisse in regem;
Singula salubrius evenient, quā aut sperare
potest rex, aut aliquis animo concipere. Hoc
enim nobis pavor tyranni et regnicolarum fer-
vens desiderium libertatis, avidaque voluntas ex-
cutiendi iugi suggerit. Nos Ser^o regio non
deemus, habita namque fides plerumque
iporum obligat fidem. In urbem hanc ar-
ces, et municipia maiestatis suae arbitrio
expositas, in gaze et quidquid pecuniarum
nobis est, suo parebunt nutui, nec solum
purpurati, enim comitabuntur nostri, sed hoc
nostrum corpus mille subicere periculis
et certe morti exponere in animo est. Ob
id non tam in nostra commoda quam in
sua decora nos sentiet anhelantes.